



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 173. Austriacorum bellum contra Venetos alternante fortuna
continuatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

nistrationem Ordinum votis fuisse ad-
 motam: his dictis Rex, ne miseratio-
 ne lacrimantis Matris animus flectere-
 tur, paucis reposuit, præcipuam sibi
 fore Matris memoriam, statimque ac
 Blesas ventura esset, accepturam se
 perpetui amoris monumentum, quale
 filium deceret: Præstituta igitur die
 angustam familiam Regina colligit, ac
 tenui in viam apparatu Lupara exce-
 dit, quam, ductore Curæo cataphra-
 ctorum Præfecto, instructum militum
 agmen stipabat, an honoris, vel cu-
 stodiæ titulo, haud temere dixerim: id
 omnino certum est, quod Rex, unacum
 Coniuge sua in Reginam, dum e Lu-
 para eveheretur, stans ad fenestras
 prospexerit.

Sæc. XVII.
 A. C. 1617.

§. CLXXIII.

*Austriacorum bellum contra Venetos
 alternante fortuna continuatum.*

Interea bellum, quod inter Ferdinan-
 dum Styriæ Archiducem, Venetos-
 que exarsit, hoc anno alternante Mar-
 tis fortuna continuatum est; quippe
 Veneti prima die Januarii ad perden-
 das, quæ in portu ad Sanctum Vitum
 hærebant, naves profecti, cum ad
 Austriacorum excubias pervenissent,
 re infecta retrocedere coacti sunt, de-
 lati

*Merc. Gal-
 lob. t. II. l. 3.*

Sæc. XVII. A. C. 1617. lati autem ad Piratica Zengrenſium na-
 vigia, ea ſubverterunt, direpta inſu-
 per alia navi multo oleo onerata, quæ
 cum ad Trieſtenſem quemdam Merca-
 torem pertineret, viciffim Trieſtenſes
 Venetis duas naves annona onuſtas in-
 tercepere. Die quarta ejuſdem Men-
 ſis Trautmansdorſius, & Tampierius
 Venetos, incuſſum etiam exprobrata
 illorum puſillanimitate, ad pugnam
 provocabant: unde crebris nonnili ve-
 litationibus res utrinque acta, & pri-
 mo quidem Uſcochi ineunte Menſe Fe-
 bruario duas Venetorum naves diripue-
 runt, Zengam autem reverſuri a Ve-
 netis, in quos inciderant, navibus &
 præda ſpoliati ſunt: die vero ſexta e-
 juſdem Menſis Medicæus Dux caſtrum
 Sancti Martini occupare conſtituit, ſed
 poſt atrox aliquot horarum certamen,
 re infecta ſecedere cogebatur: quo fa-
 cto tam Auſtriaci, quam Veneti Re-
 giones ad Forum Julium, & Iſtriam
 pertinentes miſere devaſtarunt: Sub
 idem vero tempus Veneti Gradifcam
 nova obſidione cincturi, extructis quin-
 que propugnaculis, annonæ advehen-
 dæ opportunitatem intercludere nite-
 bantur, quo comperto Trautmansdor-
 ſius trajecto cum aliquot armatorum
 millibus fluvio die decima quinta Apri-
 lis hoſtem aggreſſus, non modo Del-
 boſciam

bosciam arcem, quam Veneti cinctam Sæc. XVII. tenebant, obsidione liberavit, sed & A. C. 1617. præsidarios in fugam egit.

§. CLXXIV.

Hollandi Venetis suppetias irrito successu ferentes.

Jam anni prioris Mense Julio Veneti *Newill. hist. d' Holland. l. 2. cap. II. tom. I. Merc. Gallob. tom. II. l. 4.* misso ad Fœderatos Ordines Legato adversus Ferdinandum Archiducem suppetias petebant. Æqua videbatur Ordinibus Reipublicæ petitio; intercesserat enim cum illis mutua armorum societas per Henricum IV. Galliæ Regem olim conciliata; quapropter summis impensis, & maxima, qua potuit, celeritate milites conscribuntur, ac valida instruitur classis, quæ tamen acriori vento jactata, non nisi Mense Februario portu solvit, atque ineunte Mense Aprilis Venetias appulsa est. Igitur exscensione facta Joannes Ernestus Nassoviæ Princeps hujus classis Præfectus, postquam Hollandicos milites numero nongentos circiter, in foro Divi Marci, spectante ipso Duce Veneto, recensuerat, mox ad castra profectus, sese cum reliquo Reipublicæ exercitu conjunxit, Gradiscæ obsidionem promoturus. Verum auxiliares hæ copię paucos intra dies, eo quod Italico aeri, vivendique modo